



B. N. C.
FIRENZE

1080

12






1080.12



PAULI RITTER
EQUITIS CROATÆ
OPERA
ANAGRAMMATON.





11
Tenor Privilegij Cæsarei.

LEOPOLDUS &c. Omnibus
Typographis, Bibliopolis, alijsq; qui-
buscunq; rem & negotiationem libra-
riam exercentibus inhibemus, & ve-
tamus, ne quis Opera Anagrammaton PAULI
RITTER præter ipsum per quinquennium à pri-
ma hujus editionis die computandum intra Sa-
cri Romani Imperij Regnorumq; ac Ditionum
nostrarum hæreditariorum fines, simili aut alio
quovis Typo vel forma vel in toto, sive in parte
recudere, vel alijs recudenda dare, alibivè im-
pressa apportare, veundare, vel distrahere
clàm vel palàm citra voluntatem & absq; illius
PAULI RITTER consensu & licentia præsu-
mat: si quis verò secùs faciendo Privilegium
hoc nostrum Cæsareum violare, aut transgredà
ausus fuerit, eum non modò hujusmodi libris
perperam quippè reculis vel adductis (quos
quidem prædictus PAULUS RITTER ubicun-
que deprehensos sive propriâ autoritate, sive
Magistratûs auxiliò sibi vindicare poterit) de
facto privandum, sed & insuper pœnâ quatuor
Marcarû auri puri Fisco Nostro Cæsareo & frau-
dis Vindici ex æquo pendendâ, omni spe veniæ
sublatâ decernimus mulctandum, dumodo ta-
men nihil contra bonos mores, & constitutio-
nes Imperij opusculum hoc in se contineat,
ejusq;

ejusq; quaterna exemplaria ad Cancellariam
nostram Imperialem Aulicam, ac eorundem
fronti pro publica notitia atq; cautela Privile-
gij hujus nostri Cælarei tenor appressus fuerit.
Mandamus ergo Universis Nostris, & Sacri Im-
perij, Regnorumq; & Dominorum nostrorum
hereditariorum subditis cujuscunq; statûs, gra-
dûs &c. existant, tam Ecclesiasticis, quàm sæ-
cularibus, præsertim verò ijs, qui in Magistra-
tu constituti, vel proprio, vel superiorum suo-
rum nomine & loco juris & justitiæ admistra-
tionem exercent, nequaquam Privilegium hoc
Nostrum temerè ac impunè transgredi aut vio-
lare patiantur, quin potius contumaces, quos
compererint, præscriptâ poenâ complecti;
alijsq; modis coerceri curent, quatenus & ipsi
eamdem multam pendere noluerint. Harum
&c. Viennæ die 16. Februarij Anno 1687. Re-
gnorum nostrorum &c.

LEOPOLDUS

(L.S.)

Vidit

Leopoldus Guilielmus

Com. in Kinigsegg m.p.

*Ad Mandatum Sac. Cas.
Majestatis proprium.*

Franciscus W. de Bertram m.p.

LAU-

111

**LAURUS
AUXILIATORIBUS
UNGARIÆ.**

LAVRUS
AVXILIA-
-TORIBUS
UNGA-
-RIÆ.



Autore
P. RITTER
Eq. Croati.

1887

BEATISSIMÆ, SEM-
PERQUE GLORIOSÆ VIRGINI
DEI-GENTRICI

MARIAE,

DIVIS

STEPHANO

ET

LADISLAO

REGIBUS,

DOMINÆ, ET COELITI-
BUS PATRONIS CLEMEN-
TISSIMÆ, SANCTISSIMIS.

BEATISSIMO

PATRI

INNOCENTIO XI.

PONTIFICI MAXIMO

OPTIMO,

SACRIQ; BELLI CONFOE-
DERATÆ TRIADI
SERENISSIMO, POTENTISSIMO, AC
INVICTISSIMO PRINCIPI

LEOPOLDO

ROMANORUM IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO, AC GERMA-
NIÆ, UNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMA-
TIÆ, CROATIÆ, SLAVONIÆ &c. REGI,
ARCHIDUCI AUSTRIÆ, &c.

SERENISSIMO, AC POTENTISSIMO
PRINCIPI

JOANNI III.
POLONIARUM REGI,
MAGNO DUCI LITUA-
NIÆ, &c.

SERENISSIMO, AC EXCELLEN-
TISSIMIS
DUCI ET REIPUBLICÆ
VENETIARUM,
DOMINIS, DOMINIS SANCTIS-
SIMO, CLEMENTISSIMIS, EXCEL-
LENTISSIMIS.

SERENISSIMIS, POTENTISSIMISQUE, EMINENTISSIMIS, REVERENDISSIMIS, PRÆPOTENTIBUS, CELSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS, GENEROSISSIMIS, NEC-NON INCLYTIS, ILLUSTRIBUS AC MAGNIFICIS, ORBIS CHRISTIANI

REGIBUS,
SACRI ROMANI
IMPERII
ELECTORIBUS,
ARCHI-REGIIS-
MAGNIS &c.
DUCIBUS,
PRINCIPIBUS,
ANTISTITIBUS;

RELIQUISQUE
POTESTATIBUS, DOMI-
NATIONIBUS,

NEC-NON

ARCHARIIS, ARCHI-
STRATEGIS, ARCHIGU-
BERNIS &c.

AUXILIATORIBUS
UNGARIÆ,

DOMINIS, DOMINIS CLE-
MENTISSIMIS, GRATIOSISSI-
MIS, COLENDISSIMIS, OB-
SERVANDISSIMIS

PAULUS RITTER
S. F.

Dum

VI

DUm Syllabo Auxilian-
tium DEO, Ejusq;
vera Fidei extremam
admoveo manum, visum fuit
VOS Primates, VOS Megi-
stanes ad solem, lucemq; dare.
Interea post Tabulam alter
Apelles praestolaturus, quale
Orbis, quale Artifices (nam
cum Artibus mihi negotium
est) de hac mea Opella judi-
cium fecerint. Subsidio esse
DEI operi, quod ingens agitur,
Ejusq; Fidei, qua immensum
propagatur, hoc Opus immor-
tale, hac solida laus est, quam
suo encomio, perenni q; monu-
mento apud seram posteritatem
defraudare nefas mihi semper

*visum maximum; nefas me-
hercle Hungaria Paraco; qua
Laureatis hisce suppetiis me-
diantibus sperat equidem post-
liminio restitutam pristinae po-
tentiae, decoriq; * Inclytam Pa-
triam, auream Provinciam,
Terrarum decus, Christianita-
tis propugnaculum; quod vo-
tum secundet, qui potest, no-
strum DEUS: Vitamq; ☩
de naturali Christiani nominis
hoste, VOBIS Christiani Princi-
pes, triumphales Lauros adau-
geat. Qui ☩ porro, quod super-
est, precor, Ungariae, mibiq; fa-
vete benigni.*

* Pius II, in Ep. ad Dionys.



PAULI RITTER

EQUITIS CROATÆ.

ANAGRAMMATON

PARS PRIMA,

LIBER PRIMUS.

sive

LAURUS AUXILIATORIBUS
UNGARIÆ.

*Beatissime Virgini, DEI Genitrici glo-
riosissima, Patronæ Regni Ungariæ.*

PROGRAMMA.

Diva Mater Maria Regni Ungariæ
Patrona.

Anagramma.

Aj ; non Marte diu patiar mea regna gravari.

Aspice Apostolici Patrona piissima Regnis
Virgo: Deoq; ipsa Virginitate Parens.
Aspice materno Cœli de culmine vultu:

Quæ populum rabies, quæ tua jura premit.

*Aj ; non Marte diu patiar mea regna gravari ;
Patronæ officio, munere Matris age.*

Ut, qui Marte fero premimur, te Matre levemur:
Materni est proprium muneris esse piam.

Divo STEPHANO Regi, & Apostolo Ungariæ.

Progr: Stephanus Rex Ungariæ.

Anagr. Exurgens tuearis phana.

Surge in barbaricum, Stephane ô Rex dive,
furorem:

Qui reddit Regni Phana profana tui.

Indutus sanctis justam pro viribus iram,

Discute Threiciæ nubila dira luis.

Et summo sacrata Jovi, sacrataq; Divis,

Et sacrata tibi *phana tuere* potens,

Principis in terris qui justa gubernia sensit,

Patroni in Cœlis sentiat Hunnus opem.

Divo LADISLAO Regi Ungariæ.

Progr: Ladislaus Rex Ungariæ.

Anagr: Salva aras Dei, Lux Regni.

Lux Regum, Regniq; tui, Ladislæ, corusca:
Verte in Pannonicum lumina diva statû.

Templa, arasq; Deo Domino sacrata Deorû,

In tibi subjecta polluit hostis humo.

Surge: *arasq; Dei, Regni tua juraq; salva;*

Regis id officium est, id pietatis opus.

Quod fueras gladio tuitus Rex ante: Patronus

In Cœlo valida jam tueare prece.

INNOCENTIO XI. Pontifici Maximo Optimo.

Progr: Innocentius.

Anagr: Non vincetis.

Invanum Boreas rigidè conspirat, & Eurus:

Et fallax Zephyrus, plenus & imbre Notus.

Ut

Ut possent sacram Petro subvertere cymbam :
 Quæ salva in tanto navigat alta salo.
 Hanc *non vincetis* millena pericula cymbam :
 Frustra ventorum turba proterva furis.
 Militat innocuis Cælum ; me tuta Magistro ,
 Ipsa pericla ibit per peritura, ratis.

Progr: Innocentius undecimus.

Anagr: - - - *vinces ; Divinum noscent.*

Quàm bene ab innocua nomē laudabile vita,
 Inter Cœlicolas adnumerande, geris.
 Rarum tam innocuo Victoria certa triumphum,
 Fatorum iussa est cedere lege, Duci.
Vinces ; jamq; palàm contraria maxima vincis
 Mite sacra Petri sede ferendo pedum.
 Concertas veræ solido Pietatis amore :
 Victori cedunt, & sine cæde vices.
 Hinc te *divinum noscent* cuncta æva ministrum,
 Tam vixisse Solo, quàm meruisse Polos.

Progr:

Innocentius undecimus Pontifex
 Maximus.

Anagr:

Festis vi in Mundum Pacem non noxius exci-
 Felix ritè suo te Ecclesia Præsule : felix.
 Totaq; Christiadam Præsule turba suo.
 Pro quarum festis, vi quadam ex æthere missa,
 Aurea spectatæ commoda Pacis alis.
Festis vi in Mundum Pacem non noxius exci-
 Sanctus amor tuus, & dapfilitatis opus.

Vi pietatis agens, & nulli noxius: omnes
 In patrium excipiens pro bonitate sinum.
 Discipulis Christus Pacem dedit, atq; reliquit:
 Tu nobis, Christi munus in Orbe gerens.

*LEOPOLDO Romanorum Imperatori semper
 Augusto, Regi Domino suo clementissimo.*

Progr: Leopoldus.

Anagr: Sudo, pello.

Duplo Sole.

Quanta curarum, quanta, Rex Magne, labo-
 Mole, pii sudas instar agendo patris. (cum
 Ut populum salvare queas: & regna: priori.
 Formanda imperio, jure, decore, fide.
 Et, quia Cœlitibus currunt tua vota benignis:
 Seu tibi sit Belli, seu tibi Pacis opus;
 Hostiles fastus, & nubila prava minarum,
 REX, Majestatis disijce luce tuæ.
 Atq; ita compositis totius motibus Orbis
 Sole duplo Occasus ex Oriente regas,

Progr: Leopoldus primus.

Anagr: Rumpe Lupis dolos.

Quod non vi faciunt, quod non crudelibus
 armis,
 In nos Threicij, gens scelerata, lupi.
 Postposito cum lege Dei salvante timore,
 Id patrant Stygiis fraudibus atq; dolis.
 Christi dogma sequens, quod in ipso nuper o-
 Vix à dente lupi turā fuisset ovis. (vili
 Tu

Tu modò, quem pro te Rex Regum summus in
 Misit, *rumpè* illis corda *dolosa* lupis. (Orbem
 Ut tali regnis, duce te, feritate solutis,
 Tuto Christicolæ rure fruantur oves.

Progr:

Leopoldus primus Romanorum Im-
 perator semper Augustus.

Anagr:

- - - - *Marte propellam*
Impuros duro summus Regnator Eous,
Pius.

EVeniat: quod Fata ferunt: quod Sydera
 monstrant:

Quodq; canunt Vates: quod volvere Dii.
Impuros duro, summus Regnator Eous

Quà venerere, hostes *Marte propelle* *pissæ.*
 Pelle Musulmanos iteratis cladibus hostes:

Donec id extinguas victor in orbe genus.

Ut Constantinas Cæsar venturus in arces

Accipias Asiæ prima tributa tuæ.

Teq; subacta novis veneretur America regnis:

Pareat & sceptris Africa vasta tuis.

Quem Deus imperio Mundi præfecit; eidem
 Servile inclinet subdita Terra caput.

JOANNI III. Poloniarum Regi Magno
 Duci Lituania, Principi Serenissimo,
 potentissimo.

Progr:

Joannes tertius Poloniarum Rex.

Anagr:

In re potens, ô nota Lux armis, vire.

DUM ferus Austriaca Caput Orbis in urbe
 tyrannus

Cinxerat horrendis cladibus, ense, foco.

Unde propinqua fuit comunibus ansa periclis:

Christicolo excidium triste minata solo.

Fulgore armorum, Majestatisq; nitore

Impetis hostiles Lux tremebunda faces.

Fulmine Luxne venis? vel fulmen luce? stupe-

Destruis hostiles, obtenebrasq; faces. (mus;

Rex, an miles eas? aliorum sanguinis acer

Expertus vindex, prodigus ipse sui:

Threicia extremo confundis castra periclo:

Et tanto palmam Victor ab hoste refers.

Raro aliis lucas exemplo Regibus: *armis*

O Lux nota, potens, in ore, & amore vire.

Ergò multiplici tua gloria luce virescat:

Rex re, armisq; potens barbara colla domes.

Ut te Sarmaticis Scytha gens & Tartara regnis

Captivo sacrum personet ore caput.

MARCO ANTONIO JUSTINIANO Duci, &
Reipublica Venetorum Serenissimis,
potentissimis.

Programma

Marcus Antonius Justinianus Dux, &
 Respublica Venetorum.

Anagramma.

- - - - - vi

Durius exturbent Osmanaee cornua Lunae,
Sint scutum piis

I Perge Adriaci Regnatrix inclyta ponti:
 Quò tua te virtus, quò tua fata vocant.
 I, Zephyro pandas felix tua vela faventi:
 Perfer in Eoas arma Latina plagas.

Durius exturber, Osmanaee cornua Luna:
 Ipsa piis scutum ponitor ante plagas.
 Perge age jam vi: qua tot regna tot alta gu-
 bernas:

Quam Veteri Romæ Dij voluere parem.
 Pristina sic redeat Cyprense ad Numina lumen:
 Arceat & crysim Creta vetusta suam.
 Atq; ita spectandum primisq; novisq; coronis
 Ornet Neptuni Sponsa decora caput.

CAROLO II. Hispaniarum & Indiarum Regi
Catholico, Principi Serenissimo potentissimo.

Progr:

Carolus secundus Hispaniarum, & In-
 diarum Rex.

Anagr:

- - - nunc exi vir: ad omnes

*Plurimus & charus radias.***C**Arole magnorum decus ô infigne parentū
Ipse decus regnis, ipse corona tuis.**A**terena heroæ regales indolis ausus

Fortis in excelsum pube Monarcha locas.

Nunc ad avitarum scandas fastigia laudum:

Virtuti & Domui strata perennè tuæ.

Plurimus, & charus radias, exi Vir, ad omnes:

Quem totus Mundus muneris instar, habet.

Ut tibi ab occiduis, & Eois Indus ab oris,

Ditibus adjiciat scepra superba mytris.

Quem Virtus format Regem, Natura creavit:

Regnum illi, regno quadrat & ille suo.

LUDOVICO XIV. Galliae & Navarre Regi*Christianissimo, Principi Serenissimo Po-
tentissimo.**Progr:***Ludovicus decimus quartus Galliae et
Navarrae Rex.***Anagr:*

- - - - - juva

*Natura clarus, qui laudem, lustra, decores**Exige.***N**unc, ubi communem Christi Republica in
hostem

Salvandis aris militat, atq; focis.

Exi:

Exi: ne populi, superum ne vota moreris:

Bellantem patriam, Rex generose, *juda.*
Natura clarus, qui laudem, lustra, decores

Exige; stant meritis præmia tanta tuis.

Tu forti radios obtundas ense nocivos:

Quos vibrat in sacram Luna Otomana crucem,

Ut tibi perpetuam felix Bellona coronam

Contextam lustris, laude, decore ferat.

His pulsare polos meritis tua gloria certa est:

Dextera cuj Virtus, dextera forsq; comes.

JACOBO II. Angliæ, Scotiæ, Hyberniciæ, &c.

Regi, Defensori Fidei, Principi serenissi-
mo potentissimo,

Progr:

Jacobus secundus Angliæ Rex,

Anagr:

Ecce unus axis gloria abundes.

Quis te non polico demissum credat ab axe
 Anglorum patriæ titulos qui Regibus olim,
 Et Regnis primos restauraturus honores, (*des*
Axis amor simul Orbis honor Rex, gloria abundes.
Axis & Orbis: idem virtute patrare virili
 Te Mundus cernit, Defensoremq; fatetur
 Te veræ Fidei. Verè, quem matris ab alio
 Gloria vitales nutrix suscepit ad auras,
 Tendit inextinctum terris per sæcula nomen
 Linq̄ere, cælestes cum Dijs habiturus honores;
 Sic tibi promissa, merita sic, *gloria abundes*
 Anglorum Rex magne dies, Dijs charus, in o-
 mnes.

CAROLO XI, Suecorum, Gothorum, & Vandalorum Regi, Principi Serenissimo potentissimo.

Progr:

Carolus undecimus Sueciae Rex.

Anagr:

Vivas id exercens decus
Clarum.

Qui virtute regis, qui spemq; metumq; gubernas,

Perfecti officium, Carole, Regis agens.
Virtutum & laudis splendore coruscus avito:

Hæredem patri te facis atq; parem.

Ut tibi perpetuum lucis mansura per ævum
Pronuba ter faustum gloria calcet iter.

Namq; ubi prætereunt urgentibus omnia fatis:
Æterno Virtus unica flore viret.

Faustorum felix fatorum sponte vocatus,
Exercens clarum, Rex id vive, decus.

CHRISTIANO V. Daniae & Norvegiae Regi,
Principi Serenissimo potentissimo.

Progr:

Christianus quintus Daniae Rex.

Anagr:

- - Vir sistar quantus in axe Dei.

TE magnum Natura dedit, Fortuna probavit
Sceptris, virtute & rebus, in orbe virum.

Scili-

Scilicet hic superæ tenor est immobilis aula
 Vere divinas Regibus esse vices.
 Multorum Regum sceptris tu dignus & annis
 Rex : datus à superis , gratus iisq; vices.
 Æquo pacatum regnum, pietate gubernas :
 Ut qui te timeat subditus , ipse & amer.
 Augeat hos celebres ultrò sors prospera cursus:
 Cuj finem in Cœli Gloria fine locet.
 Tantus ades terris ; fata ad meliora vocatus
 Postmodo , *Vir sistes quantus in axe Dei!*

PETRO II. Lusitania , & Algabinorum Regi.
Principi Serenissimo potentissimo.

Progr:

Petrus secundus Lusitaniae Rex.

Anagr:

Exi decus lustrans , superi avent.

Magnorum, Petre Rex, generosa propago
 parentum :

Quos superis virtus inferit alma polis.

Quosq; per ingentem lustratis partibus orbem

Fama perennanti laude canora vehit.

Insignes quorum titulos & laudis honores

Possidet hæredis gloria jure tua.

Exi ad festivis celeberrima gaudia pompis :

Ad virides lauros , exi ad honoris opes.

Grande decus lustrans superis ad adventibus, exi :

Hæ tibi in æternùm consolidentur opes.

Virtutum sic luce nitens , sic laude coruscus

In vitæ vegetis sæcula fausta vige.

JOANNI, & PETRO *fratribus Alexievich*
Magnis Ducibus Moscovia, Regibus in Casan,
Astrachan, &c. Imperatoribus Serenif-
simis potentissimis.

Progr:

Joannes & Petrus Alexides Magni Du-
 ces Molcoviae.

Anagr:

- - - - *ad amicos*

Jam vos jam genti laudes excite perennes.

A Urea qui imperij diademata sceptraq; vestri
 Fundavit, policum fato meliore senatum
 Dinde adiens, facto Vladimirus dogmate Chri-
 Et Cruce, *Regnator Pacis*: præluserat olim (sti
 Felici augurio charis hæredibus: ut qui
 Et forti gladio Christi tueantur ab hoste,
 Et sceptrto pacis sibi subdita regna gubernent.
 Vos, natura eadẽ quibus est cum moribus æquis,
 Vos sancti Regis Vladimiri vera propago, (bello
 Nuuc, hoc nempe sacro, pro Christi nomine
 Proq; fide, patria, pro nomine deniq; vestro,
 Conjunctis validis armis, animisq; *ad amicos,*
Jam vos jam genti laudes excite perennes,
 Dum summos Virtus metit imortalis honores.
 Impia Tattarici confringite colla tyranni
 Sub crucis insigni (signis quejs tartara Christus
 Fregit) Christi adum Pacis communis amantes;
 Ut vobis crescat tantarum gloria rerum,
 Imperiiq; quies Vladimiro Rege beato
 Vaticinata; pios fortunant atra labores.

FRAN.

FRANCISCO ANSELMO S. R. I. *Electori,*
& per Germaniam Archi-Cancellario, Archi-
Episcopo Moguntino, Principi Eminentis-
simo, Reverendissimo.

Progr:

Franciscus Anselmus Elector Mogun-
 tinus.

Anagr:

In cultu cresces fons gnatus, lumen Amoris.

AD te Castalio currant à fonte Camænxæ:
 Et cum vatidico turba canora Deo.

Tu *gnatus*, gratus fons es: longèq; propinas
 Christiadam ardenti pocula viva siti.

Hoc aliis veræ pietatis lumine præstas,
 Ritè docens primo proximum amare Deo.

In cultu cresces fons gnatus, lumen amoris:
 Numina nominibus justa fuère tuis.

FRANCISCO HUGONI S. R. I. *Electori, & per*
Galliam, Regnumq; Arrelatense Archi-Cancella-
rio, Archi-Episcopo Treviriensi, Principi Emi-
nentissimo Reverendissimo,

Progr:

Franciscus Hugo Elector Treviriensis.

Anagr:

- - - - - *Heros iter ecce,*
Luci in fortuna surgis.

QUam fortunarum metam posuère tuarum:
 Quò te ultra, Prætul, surgere fata velint!

Luci in fortunis surgens iter ecce capeſſis :
 Nempe Herus, ac Heros : Urbe & in Orbe
 v'gens.

Virtuti ſuus eſt generoſæ Gloria fructus :
 Quæ ſuperat cello funera cuncta loco.
 Surgis, inextincta quâ luce fruaris in ævum :
 Æmula lucifero eſt Gloria vera deo.

MAXIMILIANO HENRICO S. R. I. Electo-
 ri, & per Italiam Archi-Cancellario, Archi-
 Epifcopo Coloniſi, utriusq; Bævaria Duci,
 Principi Sereniſſimo Reverendiſſimo.

Progr:

Maximilianus Henricus Elector Co-
 lomenſis.

Anagr:

- - - - ò rem !

En hinc, en Soli ſimilis Lux, Jane, coruſcat:

O Rem ! noſtra ſuo quam ſunt ſortida decori,
 Primorumq; ſibi, læcula, naſta parem.

En hinc, en Soli ſimilis Lux, Jane, coruſcat :

Biſfrontem monſtrant læcula noſtra virum.
 Et genus, & Virtus dos regia in hocce coruſcat :
 Natus, & eſt notus Nobilitatis honor.

Ergò pari, nove Jane, via cum Sole perennes:
 Fata vocant, Virtus exigit, aſtra beant.

MAXI-

MAXIMILIANO EMANUELI S. R. I. Ele-
ctori, & Archi-Dapifero, utriusq; Bavaria
Duci, Principi Serenissimo.

Progr:

Maximilianus Emanuel Dux Bavariae
Electoꝝ.

Anagr:

*Miles in arma veni, Victor valide, exue ab axe
Lunam.*

Surge potens Princeps, justis acerrimus ar-
Et dignus priscis Maximilianus avis. (mis:
Perge, age, perpetuam diffunde per æthera
famam:

Virtuti ipsa tuæ & viribus astra favent.

*Miles in arma veni, Victor valide, exue ab axe
Olimannæ, Lunam, lydera prava Domûs.*

Quem manet ex astris Victoria nacta benignis:
Prosequitur palmis Gloria certa suis.

JOANNI GEORGIO S. R. I. Electoꝝ, &
Archi-Mareschallo, utriusq; Saxonie Duci,
Principi Serenissimo.

Progr:

Joannes Georgius tertius Dux Saxo-
niae Electoꝝ.

Anagr:

*I Rex egregie, votis ò ortus, in annos
Exalta decus.*

AD quod fata vocant, ad idem quôq; fata
vocate

Submittunt Cœli ritè faventis opem.

I Rex egregiè, votis communibus ortus,
Saxonicum exalta cuncta per æva decus.

I, perge egregiè; nil est dubitabile fatis:
In tua quàm prona est pergere vota via!
Nomina, virtutes, viresq; modumq; dedere
Ad decus Astra tibi: sed decus illa dabunt.

FRIDERICO WILHELMO S. R. I. Electori,
 & Archi-Camerario, Marchioni Branden-
 burgensi, Magdeburgi, Borussia, &c.
 Duci, Principi serenissimo.

Progr:

Dux Fridericus Wilhelmus Marchio
Brandenburgensis, Elector.

Anagr:

*Ultra Urbi, Regnis, Heros Mundi celebris Lux,
Funde decus; hic Amor.*

Pulchrum est, ad regnum nasci: regnumq;
mereri,

Est decus; hæc virtus, fors ea dona probat.
Tu modò, cui Virtus solidat, Fortunaq; regnum
Clare patrum meritis, clare profectò tuis;
Ultra Urbi, Regnis, Heros Mundi celebris Lux,
Immortale tuo nomine funde decus.

Hic Amor est: poscit quem publica cura salu-
Majoris tituli non datur ullus Amor: (tis:

PH-

PHILIPPO WILHELMO S. R. I. Electori,
 & Archi Thesaurario, Palatino Neobur-
 gico, Julia, Clivia, &c. Duci,
 Principi serenissimo.

Progr:

Philippus Wilhelmus Dux Palatino-
 Neoburgensis, Elector,

Anagr:

- - - - sub plaudet hic axem,
 Illustri populi plenus honore vicens.

NON sine præfenti cura, Wilhelme, Deorum,
 Obtigit ad vitam nomen, honorq; tuam.
 Quæis tua conformat sese pulcherrima Virtus:
 Per quam, Vir Cælo dignus, in Orbe viges.
 Hac plures socia titulos & laudis honores
 Accipies: gratis ad tua vota Diis.
 Proximus æthereum Princeps plausure sub

axem,

Illustri populi plenus honore vige.

JOSEPHO Archi-Duci Austriæ, Leopoldi
 Rom. Imp. semper augusti Primoge-
 nito, Principi Serenissimo.

Progr:

Josephus Archi-Dux Austriæ.

Anagr:

• - - Patriæ Dux suavis hic Heros.

Magna

Magna Patris Magni soboles, Josephæ ; superne

Solamen missum Patriæ & Orbis idem.

Te colimus ; sed adhuc majori laude colemus :

Æstatem cum ætas cœperit ista suam.

Regia cui laurus, populi cui palma paratur,

Capturæ Imperii, jura paterna, jubar.

A teneris nomen fers ad sublimia ; ab unde

Heros : Dux Patriæ suavis : & Orbis Herus.

Dij te conservent, ad quæ te sceptrâ vocârunt ;

Spes fato ; & populus quod vovet, astra beant.

CAROLO Duci Lotharingiæ , & Barri , Aur :

Vell: Equiti, S. C. M. Armorum Præfecto

Generali, Principi Serenissimo.

Progr:

Carolus Dux Lotharingiæ.

Anagr:

- - - *tua Lux Regiæ cladis honor.*

Millite ab egregio cùm sit laudabile vinci :

Threiciæ est *tua Lux Regiæ cladis honor.*

Perge, age virtutem factis extende Gradivis :

Cladibus & clades adde, neciq; neces,

Quatenus hostili perfusis sanguine bustis

In cunctos niteat Lux tua clara dies.

Scilicet haud unquam Mavorti clarior est, quàm

Cæde cruentatus quando triumphat, honor.

VICTORINO AMADEO Regio Sabaudie

Duci, Principi Serenissimo.

Progr:

Progr:

**Victorinūs Amadeus Regius Sabau-
diae Dux.**

Anagr:

I Vir, surge, aveas: à Dijs datus excuba Mundo.

Nunc, in communem dum Gloria sistit are-
nam :

Et stat Virtutis falce metenda seges :

I Vir, surge, aveas: à Dijs datus excuba Mundo:

Hic veræ æternas collige Gloriæ opes.

Virtutemq; novis crescentem laudibus orna :

Excubiis Mundi Victor , Amice Dei.

Romani Imperii qui Jura vicaria gestas,

Æternum gestis compete, habeq; jubar.

**COSMO II. Mediceo, Magno Hetruriae
Duci, Principi Serenissimo.**

Progr:

**Cosmus secundus Magnus Hetruriæ
Dux.**

Anagr:

- - - mundanum decus Heros
Usu excis gratus.

Perge ad propositos Virtuti præmia honores,
Magne Ducum ; quem fata vocant, fortuna
secundat,

Astra beant ; *excis mundanum usu decus Heros*
Orbi tam patrio, quatuor quàm partibus Orbis
Gratus ; pacifico ditescit Hetruria sæclo,

Te

Te Duce; vernali Florentia florida flore
Primores Floræ Latæ possedit honores.

GREGORIO Caraffa, è Princibus Rocelle,
Domus hospitalis S. Joannis Hierosol: & Militaris
Ordinis S. Sepulchri Dominici Magna
Magistro, Principi Eminentissimo.
Celsissimo.

Progr:

Gregorius Caraffa magnus ordinis
Joannitici Magister.

Anagr:

- - - Vir regna inimico

Frangis: es ó dignis gratia factus amor.

SI quæ spes hominum fuit, nunquam certa:
perfectò

Certa est: cui morem fata benigna gerunt.
Induis armigerum, feliciq; omine, Martem;
Prætenditq; tuæ fana, decusq; Rhodi.

Regna (favente Deo) pie, Martie Vir, inimico
Frangis: es ó dignis gratia factus amor.

Sic reges decet esse pios, fortesq;: verendos
In te quos populus diligit, astra beent.

LUDOVICO ANTONIO Duci Palatino
Neoburgico, Administratori Prussia, magno E-
questri Teutonicorum Ordinis per Germani;
Ital: partesq; Transmarinas Magistro, Prin-
cipi Serenissimo Reverendissimo.

Progr:

Progr:

Ludovicus Antonius Comes Palatinus
Rheni.

Anagr:

- - - - - *sancta*

Laus Mundi, Luci vivis, honore potens.

Qui dignas titulis regalibus excolis artes:
Nobileq; illustras Relligione gens;
Et justam Coelo qui nutris auspice mentem:
Insignisq; foris robore, pace Domi;
Vive diu. ô lauros merita, & diademata, *sancta*
Laus Mundi; Luci Vivis, honore potens.

Nulla etenim vis tuta magis, nec gloria Mundi:
Quàm, quæ lata bono est, & solidata, Deo.

MAXIMILIANO GANDOLPHO Cardinali
Kuenburgio, Archi-Episcopo Salisburgensi, Pri-
mati Germania, S. Sedis Ap. Legato nato,
Principi Eminentissimo Reverendissimo.

Progr:

Maximilianus Gandolphus Cardinalis
Cuenburgius, Archiepiscopus Salis-
burgensis.

Anagr:

Hic largus, pascens populos, insignibus uber
Hic C. ramis: Axes Vir dignus, amandus
Lilia - - - - -

Virtutes, quæcunque bono sunt Principe
dignæ:
Salzburgum Archi suo legit has in Præsule
cunctas: *Hic*

*Hic largus, pascens populos, insignibus uber.
 Hic Centum ramis: axes Vir dignus, amandus
 Lilia verna inter: Princeps & Præsul abundè
 Jam pridem celebri fama super æthera notus.
 Nomine cùm magnus, major virtutibus esses:
 Dignus qui terris lauderis, ameris Olympo.*

JOAN. WILHELMO Duci Palatino Neoburgico. Principi Electorali Serenissimo.

Progr:

**Joannes Wilhelmus Dux Palatino-
 Neoburgicus,**

Anagr:

Exige honor palmas novus, en uls jubila tu induc.

Magnorum insignis, Wilhelme, imitator
 avorum:

Præsidium populi, spesq; , decusq; tui.
 Cujus genus à proavis magnū latè orbis honorat:
 Jungens cum Augusta fœdera sacra Domo.
 Ut titulos titulis addat: decoriq; perenne
 (Ad quod fata favent) addat in orbe decus.
 In te continuat Cœli favor ille potentis:
 Ultrò te ad palmas fata benigna vocant.
Exige honor palmas novus en uls jubila tu induc
 Perennantis gloriæ amictus ades.

*JOAN. FRIDERICO Duci Brunsvicensi, &
 Lunaburgensi, Principi Serenissimo.*

Progr^o

Progr:

Joannes Fridericus Dux Brunsvico-
Lunaburgensis.

Anagr:

- - - - *secunder*

Rebus Vir, vulgi fax, in decus Orbis, in annos.

Nobile magnorum germen, Friderice, pa-
rentum,

Fortunate Heros: euge *in decus Orbis, in annos*

Felici rerum Cœli te sorte secundant,

Fax vulgi præclara; Deo sic dante benigno

Astra tibi monstrant iter *in decus Orbis, & annos*

Æternos celebri decurrere nomine: fata

Iusta tuis meritis concedunt præmia. fasces

Dij voluere faces, exemplaq; Regibus esse.

CLEMENTI utriusq; BAVARIAE Duci, Frisingensis & Ratisbonensis Ecclesiarum Episcopo,
Principi Serenissimo Reverendissimo.

Progr:

Clemens Dux Bavariae Episcopus Fri-
singenſis.

Anagr:

- - - *lumine sparsus ab axe,*

Proficies insigne decus.

TRinarum Charitum, tertinarumq; Sororū
In te delictum comis Natura reservat,

Non sine clementis cura præſente Tonantis,

Divorum supero qui *lumine sparsus ab axe*

Et patriis terris, & sacris numine templis

Proficies, insigne decus, qua sorte benigni

Natus

P. RITTER ANAGRAMM.

Natus ades Cœli, felices notus in annos
Dotibus his, Princeps, crescas Urbi, Orbi, &
Olympo.

ERNESTO AUGUSTO Duci Brunsvicensi &
Lunaburgensi, Principi Serenissimo.

Progr:

Ernestus Augustus Dux Brunsvico-
Lunaburgensis.

Anagr:

Dux ensibus tu notus ac lauru vicens,
Surgens rebus.

AD celebre invitant te propria fata braviū:
Non solūm licitus Gloriæ ovantis amor.
Scilicet, ut surgas rerum ad fastigia: notus
Ensis, ac lauru, Marteq; & Arte vicens.
Robur nempè, potens: felix, sapientia regnum
Efficit: hac polles quàm bene dote, & ope.

FRANCISCO LUDOVICO Duci Palatino
Neoburgico, Episcopo Uratislaviensi, Prin-
cipi Serenissimo Reverendissimo.

Progr:

Franciscus Ludovicus Episcopus Ura-
tislaviensis.

Anagr:

- - - - - annis id C.

Successu, justus, populi sic laude fruaris.

TE Pietas, te sancta Themis, te pura Deorum
Relligio, summoq; Fides sacrata Tonanti,
Et

Et confanguineus studiis Cœlestibus ardor
 Ducit ad æternæ scœlicia pignora laudis,
 O Præsul Princeps! *meliori annis id Centum*
 Successu justus, populi sic laude fruaris.

FERDINANDO CAROLO Principi Gonzagæ,
Mantua, Montisferati, & Guastalla Duci
Serenissimo.

Progr:

Ferdinandus Carolus Dux Mantuæ.

Anagr.

Frons, Mundi lauru decus adnexata.

Agredere insignes, quos Cœlum præbet
 honores:

Virtuti positos præmia digna tuæ.

Frons, Mundi lauru decus adnexata coruscet:

Multorum exemplum nobile facta Ducum.

Et *decus, & laurum*: quæ Dij tribuere: vigore,

Æterno solidant, atq; virore Dii.

Nescia nam lethi, ceu divis proxima, Virtus

Vivit in æternos semper honora dies.

ALBERTO Duci Saxo-Coburgiensis,
Principi Serenissimo.

Progr:

Albertus Dux Saxo-Coburgiensis.

Anagr:

Dux bonus, existas. C. gloria rebus.

Uberat insigni tua, Princeps, germine Virtus:
 In centum bonitas et tua rebus agit.

B

Ut

Ut tua condecoret totidem se gloria palmis :

Et totidem laurus jure decente ferat.

Hoc meriturus eras decus altis nobile fatis :

Tam quod habes partum : quam quod habere paras.

Dux bonus, existas centenigloria rebus :

Centum annis, palmis, lauribus uber age.

FRIDERICO Duci-Goteensi, Principi
Serenissimo.

Progr:

Fridericus Dux Saxo-Goteensis:

Anagr:

O Suis dignus, decor exteris fax.

INGenium Natura bonum, Fortuna dat aurum:
Hujus utrinq; tibi sunt bene creditæ opes.

Nec tamen invanum: quia sedulò dotibus hifce
Nobile in æterno Nomen honore locas.

Nempe; ut cum, pereant Mundo omnia, no-
verit olim

Vivere post cineres Fama decora tuos.

Ergò tuis populis Decor ò, Dux digne coru-
fces :

Externis ò fax digna perennè nite.

JOANNI GEORGIO Duci Saxo-Eissenacensi,
Principi Serenissimo:

Progr:

Joannes Georgius Dux Saxo-Ejsena-
censis.

Anagr:

Anagr:

- - - - - *annes*
Vivas egregios, Axis è C. senex
Donis.

IN magnis, multisq; tua est experta periclis :
 Et laudata satis, Dux generose, fides.
 Atq; in quo Virtus, populi pro sorte laborat :
 Nec fortes animos vulnere sæva domant :
 Centenis talem donis, et suavibus annis
 Sæpè benigna solent Astra beare Virum,
Egregios, sic Vide senex feliciter annos :
Centum Axis donis quàm bene dives ades !

FRANCISCO Principi Estensi, Mutinae
Duci Serenissimo.

Progr:

Franciscus Estensis Dux Mutinae.

Anagr:

- - - - - *senescas*
Nixe satis Mundi fructu.

IS verè locuples felici ætate senescit,
 Quem longis replet Clotho divina diebus,
 Atque suo Tellus fructu : Francisce, *senescas :*
Nixe satis Mundi fructu, Dux. Nestoris annos,
 Et decus astra, & opes tibi grato Numine spon-
 dent.

JOANNI FRIDERICO *Marchioni*
Brandenburgo-Anspachensi Principi
Serenissimo.

Progr:

Joannes Fridericus Marchio Bran-
 denburgensis.

Anagr:

Ab hinc in annos moribus raris decus
Regni deser.

Cœlica quando aliquod benedicunt Numi-
 na Regnum :

Mitem illi mittunt cum probitate Ducem.
 Sic benedicta queant Duce te tua Regna vo-
 cari :

Nacta in te mitem cum probitate Ducem.
Deser ab hinc ergò raris tam nobile in annos
Moribus hoc Regni, Dux pretiose, Decus.

GEORGIO WILHELMO Duci Brunsvico-
 Zellenfi, Principi Serenissimo.

Progr:

Georgius Wilhelmus Dux Zellenfis.

Anagr:

Zelus Deo millenus hujus : lux gregis.

Quæ latè patulum te cantat fama per Orbè,
 Virtutem ipsa viro Pietati in principe jun-
 ctam.

Miratur : sub quo precium res, lexq; vigorem,
 Æquumq;

Æquumq; omnis habet, *populi lux* alma pa-
terni

Millenusq; Deo *Zelus*, Dux inclyte, tractans !
Arma foris, pacemq; Domi feliciter. ultrò
Vive, vige ! Superis Fortuna est tuta patronis.

RANUTIO Principi Farnesio, Parma &
Placentia. Duci Serenissimo.

Progr:

Ranutius Farnesius Parmæ te Placen-
tiæ Dux.

Anagr:

Exi; vi dura: fac palmas Turne perennes:
Stat via.

Exi ad tam celebrem, qua Gloria certat, æ-
renam:

Virtutiq; novus præmia spondet Honor.

Exi, vi dura: fac palmas Turne perennes:

Ad quas tuta bonis *stat via* strata Diis.

Ut nova victricis referens hinc præmia Laudis,
Heroës vivas nobilis inter avos.

CHRISTIANO LUDOVICO Duci Meclen-
burgo-Schwerinensi, Principi Serenissimo.

Progr:

Christianus Ludovicus Dux Meclen-
burgensis.

Anagr:

Hinc mundus usu gradibus excelsis nititur
Luce.

TE splendore Genus, mundo Prudentia cultus,
 Et Virtus ornat moribus alma probis.
 Exemplum ut Ducibus, Domui videare nitorem
 Sublimi excellens attribuisse gradu.
 Dignus ab *hinc celsis gradibus* qui taliter *usq;*
 Laudato *lucet* cuncta per æva *Nitor*.

**GUSTAVO ADOLPHO Duci Meclenburgo-
 Gastroviensi, Principi Serenissimo.**

Progr:

**Gustavus Adolphus Dux Meclen-
 burgensis.**

Anagr:

Plausus abundet suggerens hic, lux Domus.

Lux magnæ præclara *Domus*: plenusq; su-
 pernis

In terram Princeps natus Adolphe bonis.

Suggerat ut mites populo tua gratia *plausus*:

Concilians populum conciliansq; polum.

Hiscæ bonis ultrò factis, et rebus *abundans*

Vive diu populo, vive perennè solo.

**MARQUARDO SEBASTIANO Episcopo
 Bambergensi, Principi Celsissimo
 Reverendissimo.**

Progr:

**Marquardus Sebastianus Episcopus
 Bambergensis.**

Anagr:

Anagr:

Abundabis rebus prosperis sanctus,
quasi gemma es.

UT sit quis verè felix, verèq; beatus:

Virtutum est mediis, et Pietatis opus.

Scilicet, est sanctum, quicquid. Dijs constat
amicum:

Et fertur similis Vir probus esse Dijs.

Tu, qui Virtute, et morum probitate decorus,

Gemma homines inter ceu preciosa nites;

Prosperitate etiam rerum Vir sanctus abundes:

Gemma Soli precium, gemmaq; digna
Poli.

*JACOBO Principi Sobjeskio, Joannis III. Poloniarum Regis Victoriosissimi Primogenito,
Principi Sereuissimo.*

Progr:

Jacobus Princeps Sobjeskius.

Anagr:

Sic Spes bonas pro Civibus cie.

Sic veluti magnum coepisti imitando Paren-
tem,

Communi Martem pro utilitate sequi.

Perge Patris tanti, Princeps, generosa pro-
pago:

Spes patria patriis Civibus arte cie.

Ad fascès, per tela via est: munusq; Corona,
Condignè gestis fascibus esse solet.

FRIDERICO CAROLO Duci Wirtenbergæ,
Principi Serenissimo.

Progr:

Fridericus Carolus Dux Wirtenbergæ.

Anagr:

Fertur jubat cor laudis, exurge in decus.

STirpis ô illustris simul & virtutis honore
Efficiens clarum, Dux Friderice, *jubar*;
Exurge; ut *jubar* hoc pulchræ cor nobile *laudis*;
Gloria in æternum perferat alma *decus*.
Has quærens mediteris opes: cùm majus ha-
beret,

Gloria & æterno Nomine, terra nihil.

CAROLO Landtgravio Hassiæ Cassel, Principi
Serenissimo.

Progr:

Carolus Landtgravius Hassiæ.

Anagr:

Ad secula sanus Glorias

Haurit.

HÆc tibi debetur, præclare ô Carole Prin-
ceps,

Aonia æterno laurus honore vigens.

Cœlica cui longam portendunt fata salutem:

Propinatque suas Gloria dives opes.

Ergò & communi *sanus per secula voto*,

Hausturnus multas, vivito, Gloria opes.

LUDO-

LUDOVICO Landtgravio Hassiae Darmstatt,
Principi Serenissimo.

Progr:

Ludovicus Landtgravius Hassiae.

Anagr:

Hinc vivis ad laudes tuas

O largus.

Immortale sibi vitæ decus ille propagat:
Cuj pro venturo tempore fama placet.
Fortunam Natura homini, Virtus dat honorem:
Nec linquunt mores proemia digna probos.
Dotibus his largus, largus satis artibus: ultrò
Ad laudes, Princeps, & sic per æva tuas.

JOANNI GODEFRIDO Episcopo Herbipoli-
tano, Francia Orientalis Duci, Principi
Celsiss. Reverendissimo.

Progr.

Joannes Godefridus Episcopus Herbi-
polititanus.

Anagr.

Divis & populo sudans, proficias be-
nigne Heros.

Cuj docta est Pietas, pia cui Doctrina: cuiq;
Candido Apostolicum pectore flamen
inest.

Ille Heros certè nequit esse, nisi esse benignus
Pro Populo & Divis qui bene sudat, agit.

B 5

Heros

Heroë Herbipolis tali in te Præsule gaudet:

Promissum illa sibi sæpè, lucrata virum.

Proficias sudans Divis, Populoq; benigne

Heros: hoc Populus dum vovet, Astra vo-
lunt.

LUDOVICO GEORGIO Duci Hanoviae,

Principi Serenissimo.

Progr:

Ludovicus Georgius Dux Hanoviae.

Anagr:

O lucidus vivax Honor, gaude, viges!

PERfectus verè est, genuit quem candida Vir-
tus,

Quemq; pio Virtus ubere nutrit, Honor.

Ille tuo *vivax* lucet pro laude nitore:

Vivit honorato *lucidus* ille statu.

Tuq; tui ipsius, Princeps, Honor atq; tuorum,

Gaude; o sat vivax, lucidus ipse, viges.

CAROLO Episcopo Olomucensi, Duci, Regiae

Bohemia Capella & Liechtenstejnij Comiti,

Principi Celsiss. Reverendissimo.

Progr.

Carolus Episcopus Olomucensis.

Anagr.

Coelis

Sic è pronus opes tumulas.

Sic

Sic : pietate Genus, morum gravitateq; Ho-
norem,

Et mitram duplicem cum probitate gerens :
Optima Præsulibus præstas exempla futuris :

Qua bene Cœlestes arte parantur opes.

Scilicet haud aliquis felix, verèq; beatus,

Sit nisi Vir sapiens & bonus, esse potest.

Dives, honorus ibi sæclùm victurus in omne :

Hic felix nobis, CAROLE, vive diu.

**JULIO FRANCISCO Saxoniae Angriae, West-
phaliae Duci, S. R. I. Campi-Mareschallo,
Principi Serenissimo.**

Progr.

**Julius Franciscus Saxoniae Angriae
Dux.**

Anagr.

**Vivas Vir C. annis felix, ac ad Sion
exurgas.**

Quæ tibi plura precer : quàm quæ tibi Fata
precantur :

Faustos Centum annos, æthereamq; Sion ?

Ergò ita Vir Mundi, Vir Cœli munere felix :

Vota hominum, & Superum fata beatus
habe.

**FRIDERICO CASIMIRO Curlandiae & Se-
migaliae Duci, Principi Serenissimo.**

Progr. :

Fridericus Casimirus Dux Curlandiae.

B 6

Anagr.;

*Anagr:**Da Mundi curis, fax : à Dijs luce recurris,***S**I qua sacras meruit Pietas in præmia lau-
ros:

Pro nostro Pietas Marte meretur, habet.

Dum Mundum gravior (sævis nam totus in ar-
mis

Bellat) curarum mole caligo tegit.

Da Mundi curis, fax : à Dijs luce recurris :

Christicolæ officio pro pietatis, opem.

Hæc lauris lauros, & honoribus addet honores.

Gloria : nec cum ipso corruiura Solo,

JOANNI FRANCISCO Episcopo Constanti-
ensi, Principi Celsiss: Reverendissimo.*Progr:***Joannes Franciscus** Episcopus Con-
stantiensis,*Anagr:*

- - - annis potens.

*Is ecce sanos Pacis in fructus Sion.***D**ilectum sacris te rara scientia Musis :

Et Populo Virtus, Dijs Pietasq; , facit.

Ecce potens annos Pacis sanosq; bonosq;

Catholicæ in fructus vivis, Amice, Sion.

Pergas, chare Diis, annis & fructibus uber :

Hac immortales arte parantur opes.

SE-

SEBASTIANO Episcopo Passaviensi, Comit
 Pasingensi, Principi Celsissimo
 Reverendissimo.

Progr:

Sebastianus Episcopus Passaviensis.

Anagr:

Pascas pius, sapiens es, & suavis bonis.

Incluta Pættingæ qui perstas gloria gentis :
 De populò meritis præmia, deque polo.
 Relligione Deos, homines probitateq; morum
 Vincis, zelosa sed pietate gregem.

*Pascas ultrò pius, sapiens, : ò Pastor amande :
 Sat suavis, suavem quem tenuère boni.*

WILHELMO HENRICO Principi Auriaco,
 Comiti Nassovia, Principi Serenissimo.

Progr.

Wilhelmus Henricus Princeps Auriac-
 cus, Comes Nassoviae.

Anagr:

*Vive, eja, applausu ! cresces in culmen honoris:
 Musis charus - - -*

Nil est : quod placeat Superis in Principe
 plus, quam
 Justitia, & Pietas semper habenda, Viro.

B. 7

Arti-

Artibus his populum terraque marique guber-
nans :

Et populo & Superis, Dux generose, places.
Vive, eja, applausu ! cresces in culmen Honoris :
Musis charus Honor, gentis honorus Amor :

CHRISTIANO ERNESTO Marchioni Bran-
denburgensi, in Beüreith, Principi
Serenissimo.

Progr:

Christianus Ernestus Marchio Bran-
denburgensis.

Anagr:

- - - - - *Terror.*

Huc instans armis ingens, hinc rebus abundes.

INnatæ qui dum, Princeps, virtutis acerbunt
A teneris meditaris iter : quæ proprius ardor
Excitat in majus, sævi discrimina Martis
Audacter temnens : tela in contraria *terror*
Huc instans armis ingens, hinc rebus abundes
Heros ; hinc celebrem nectit Victoria laurum
Famaq ; stat vivax, & nescia Gloria lethi,
Quæ te perpetuè socio comitentur Honore.

LUDOVICO WILHELMO Marchioni Baden-
si & Hochbergensi, S. C. M. Campi Mare-
schallo, Principi Serenissimo.

Progr:

Ludovicus Wilhelmus Marchio Ba-
densis.

Anagr.

*Anagr.**Hinc ò luce vehor laudis sublimis ad usum.***Q**uam te pulchra manet sub amicis Gloria
fatis:Ut te indeficiens concomitetur honor.
Jam Rex ampla dedit, post cum Jove, plura da-
turusPræmia: quæ Virtus exigit, atq; Genus.
*Hinc ò luce vehor laudis sublimis ad usum:*Sic Genio Uranie vaticinata tuo est.
Natura insigni Generi, & Fortuna secunda est:
His magnus: meritis quam bene major eris!**MICHAELI** Abasio Principi Transilvaniae,
*Siculorum Comiti Celsissimo.**Progr.***Michaël Abasius Princeps Transyl-
vaniae.***Anagr.*- - - - *publicè in ara
Lunæ, hymnis, rapiat fasces.***V**irtutem firmat labor: audacemq; pericla
Sola probant; satis est tua Virtus fortis, &
audax**O** Princeps Michaël; Turcæ quæ *publicè in ara
Luna, hymnis, rapiat fasces*, pietate canendis
Per veri delubra Jovis totumq; per Orbem,
Perq; polos, per sæcla, ipso labor Hercule dign⁹
Cuj Pax Victricem, cui det Bellona coronam,

ALDE-

ALDERANO Cardinali Cibo, ex Principibus
*Massæ, primo Sua Sanctitatis Administro,
 Principi Celsissimo Eminentissimo.*

Progr:

Alderanus Cardinalis Cibo Princeps
 Massenus.

Anagr:

- - - - *ires*

Sic placidas pandens, clarus in orbe, manus!

SAt jam Virtutum per se tua fama nitore
 Exemplis notuit multiplicata bonis.

Pura sacras justus Cœlesti vota Tonanti:

Atq; homines inter comoda multa paras.
 Ut terram factis, & votis æthera complens,

Clarus apud homines, charus es ante Deos.

Hoc homines orant: faciant Dij; longius *ires*

Sic placidas pandens, clarus in orbe, manus.

CÁROLO Cardinali Pio, S. Gregorij Duci,

*Nationum German: & Ungar: apud S: Se-
 dem Protectori, Principi Celsissimo*

Eminentissimo.

Progr:

Carolus Cardinalis Pius.

Anagr:

- - - - *ars silia C.*

Producas sinu.

Quam pulchro Patriæ, quam toti nomine
 Mundo No-

Nosceris : ô Princeps Vir, Heliconis honor!
 Qui stirpis sublime decus Virtutibus ornas:
 Artito ducens *lilia* multa *sinu*.
 Dignus adusq; polo què divus cantet Apollo:
 Quemq; novum dicat turba novena ducem.
 Nobilis ergò *sinu ars producat lilia centum* :
 Unde perennanti fragret odore sapor.

FRANCISCO Bonvisio, Nuntio Apostolico,
 S. R. Eccl. Cardinali Eminentissimo, Re-
 verendissimo.

Progr:

Franciscus Cardinalis Bonvisius.

Anagr:

Urbis iò sidus C. fac clârus in annis.

TU Mundi lux es Christo laudata Magistro,
 Cum divo longa Psalte replende die.
Urbis iò sidus centum fac clarus in annis :
 Qui virtute fati, qui pietate nites.
 Vive annis centum, centum tua gloria sæclis :
 Urbis honore virens, orbis honore vicens.

LEOPOLDO Comiti à Kolonitz Episcopo
 Jaurinensi, S. R. E. Cardinali Eminentis-
 simo, Reverendissimo.

Progr.

Leopoldus Cardinalis Colonitius.

Anagr.

Illustris accola denuò donis poli.

His

His tua stat necdum Virtus contenta breviis:
 Ad majora illam Fata benigna vocant.
 Ultrò, novisque *Pols* decoraberis *accola donis* :
Illustris meritis & pietate vicens.
 Cœlette ipsa ferunt secum tua nomina munus:
 Nominibusque favent Numina grata tuis.

C A R O L O *Marchioni Borgomainero, Prin-*
tipi ab Este, Neo-Proregi Gallicia, Majestatis
Catholica in Aula Casarea Oratori, Aur. Vell.
Equiti Illustrissimo Excellentissimo.

Progr.

Carolus Marchio Borgomainerus
 Neo-Prorex Galliciae.

Anagr.

- - - - *io charior auro*

Cum gloria regni proba excellens Amos.

Virtutum socios dives Fortuna secundat :
 Regumq; amore Gloria regni potes
 Reddit. sola Diis est namq; simillima Virtus:
 Divisque, qui colunt eam simillimi.

Hi tibi debentur tituli, debentur honores:

Quos jure dudum possides, Prorex nove,
 Profice sic multis annis *io, charior auro*
Cum gloria Regni proba excellens Amos.

FRIDERICO Cornelio Sereniss: Ducis &
Reipublica Venetiarum in Aula Casarea O-
ratori, Equiti Illustrissimo Excellen-
tissimo,

Progr.

*Progr.***Fridericus Cornelius.***Anagr.**Currens decori filius.*

SPes præit ætatem nempè, ut quæ fructuet
arbor :

In flores arbor pullulat ante suos.

Tuq; paternarum Virtutum *filius* hæres

Curris, jam à teneris, nobile laudis iter.

Qui bene concepir, potiori parte triumphat :

Principio cedit res bene sæpè bono.

Atq; ita perpetuo, Virtutum Nate, Decorì :

Per bene conceptum, currito, Laudis iter.

HERMANNO *Marchioni Badensi & Hoch-*
bergensi S. C. M. supremo Aula Bellica Præsidi,
Generali Jaurinensi, Principi Serenissimo.

*Progr.***Hermannus Marchio Badensis.***Anagr.*

- - - *en hic abundans*

M. armis Heros.

Conveniunt ipsis, Princeps, tua nomina
rebus :

Assignata bonis nomina Numnibus.

Mille præes armis, millearmis Præses abundas :

Armaq; præsidio stant bene, aguntq; tuo.

Fatorum hoc opus est; Virtuti in præmia fasces :

Mercedem meritis, Dij tribuère, Decus.

FERDI-

FERDINANDO *Principi Dietrichsteinio, S. C.
M. Supremo Aula Praefecto, Intimo Consiliario,
& Aurei Velleris Equiti Celsissimo.*

Progr.

Ferdinandus Princeps Dietrichsteinius.

Anagr:

- - - - is

Perennè fundat Stirpis (hinc diri) decus.

Hinc diri Invidiæ morsus, & livor abeste:
Insignem Virtus muniit ipsa Virum.

Clarus is illustri perMundum stemmate:charus
Proq; fide Regi, pro pietate Deo.

Hinc diri; fundat stirpis decus ille perenne:

Quod Virtus, quod Rex firmat, & ipse Deus.

HERMANNO WERNERO *Episcopo Pader-
borna, Principi Celsissimo Reverendissimo.*

Progr.

**Hermannus Wernerus Episcopus Pa-
derbornae.**

Anagr.

Uber supernè prosperans sanus Deum

Hic verna.

Qui gratum superis cultum sacrando, *superna*
Uber, verna Deum, prosperitate viges.

Sic ultrò: nam fata volunt, nam facta repescunt
Dilectè ó populo vivito; lætè polo.

Isthic ut celebri vigeas per sæcula fama:

Illic Cælestes vitæ habiturus opes.

EUGE-

EUGENIO Principi Sabaudie, S. C. Majestatis
Vigiliarum Praefecto Generali, Principi,
Serenissimo.

Progr:

Eugenius Sabaudiae Princeps.

Anagr:

Gaudia percipiens ausus bene.

Vade: novos titulis titulos superadde pa-
ternis:

Et faustum æternæ currito Laudis iter.

Vade: & consueto generosi pectoris ausu,
Publicum agendo bonum, certa, abigendo
malum.

*Gaudia percipies ausus bene taliter, Heros,
Veraq; : nam Virtus gaudia vera parat.*

JOANNI FRANCISCO Nassovia Principi
Serenissimo.

Progr:

Joannes Franciscus Princeps Nassovia.

Anagr:

Supervincas annos Noës in C. pacis
ferias.

ECquid non mortale manet? post funera
phœnix,

Perpetua ast Virtus vivere in æva solet.

Tuq; supervincens annosi tempora Noës,
In centum ferias pacis honorus ave.

Durat honor; cui firma dedit fundamina Vir-
Et durat gratis prospera vita Diis. (tus)

FRI.

FRIDERICO MAGNO *Marchioni Badensi
Durlacensi, Principi Serenissimo,*

Progr:

Fridericus Magnus Marchio Badensis.

Anagr:

Hic firmus regnans, ad decus ibis Amor.

Immortale tibi posuere benigna parandum
Virtutum solido fata labore decus.

Hinc Virtutū in te sudans præstantia, Princeps,
Communisq; Boni multa operatur Amor.
Scilicet eximios armis & fascibus inter

Hic firmus regnans, ad decus ibis Amor.

Quem Virtus lociat, Fortuna profectò secundat:
Certumq; à gratis est decus omne Diis.

CAROLO PHILIPPO *Duci Palatino Neobur-
gito, Ord. Joan. Equiti S. C. M. Colonello, Prin-
cipi Serenissimo Reverendissimo.*

Progr:

Carolus Philippus Palatino-Neobur-
gicus.

Anagr:

Regnicola hic populi natus pro plausibus - -

O Non parva boni, Dux Carole, cura Jehovæ:
Te Carithes gremio, te Virtus ubere blando
Te Fortuna sinu, te deniq; Pallas amicis
Exceptit manibus; Felix tua nomina portant
Omen; Te in populi voluerunt Numina plau-
sus,

Regnicolamq; Orbis nasci; jam Numina natū
Omini-

Ominibus faustis ad nomina festa secudent:
Regnicolam regnis, populos & plausibus ornent.

JOANNI GEORGIO Principi Anhaltino in
Dessau, Principi Serenissimo.

Progr:

Joannes Georgius Princeps Anhaltinus.

Anagr:

- - *plura hic generosus in annos*

In spe agit.

INDOLIS est magnæ signum, spem semper ha-
 Corda premit tristis deteriora metus. (bere:

Fortunæ obsequio sed tu, Virtutis honore,

Competis Ascania nobili stirpe decus.

Qui quoniam solida *plura hinc generosus in*
annos

In spe agis: effectu postmodo compos ages.

PLACIDO Abbati Fuldensi, Augustiss: Romæ
Imperatricis Archi-Cancellaria, Principi Il-
lustrissimo Reverendissimo.

Progr.

Placidus Abbas Fuldensis.

Anagr.

Pascas, fidelibus blandus.

HUMANÆ studium tractas non segne salutis,
 Cælesti accensum flumine pectus habens.

Charus es hac superis, *blandusq; fidelibus arte:*

Affluit unde sequax hinc honor, inde favor,

Com-

Commiffum ergò gregem tibi, Pastor *blande*,
supernè,

Pascas: quo superis dînde fruatur agris.

RUBERTO Abbati Campidonensi Angu-
 stiffima Rom: Imperatricis Archimareschal-
 lo. Principi Illustriff. Reverendiffimo.

Progr.

Rubertus Abbas Campidonensis.

Anagr.

Abundabis M. bonis facer Petrus.

ET si magnificæ tellus (ùt pauper ad illa)
 Congrua Virtuti præmia fortè neget.
 Non tamen inde suis Virtus frustrata braviis
 (Ipsa bonis quoniam semper abundat) eget.
 Sic tua *mille bonis* Virtus reddetur abundans :
 Vir, Sacri Apostolicas Petri obiture vices.

CASIMIRO Nassoviae Principi, Frisia Guber-
 natori Sereniffimo.

Progr:

Casimirus Princeps Nassoviae.


Anagr:

- - - - - in præmia C.

A superis sic sanus.

In via Virtuti via nulla est ; aspera quæq;
 Atq; extrema suo Virtus generosa valore
 Despicit ; ipsa sui præcium est. in præmia Cen-
 A superis sic sanus eas, Casimire, vocatus (cum
 Fatis, centena virtutum compe venusta,

FINIS.









MC

